

178



Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae dubias quas praesentavit Henrico Grosse, J. V. D. publico venientiam commissis Jacobo Clemens. Vratislaviae. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquotae propositae a Daniele Kahl etc., et defensas a Gottholdo Martini Forz. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldus Haselmann. J. V. D. Resp. Bernhardus ab Arnim. Eq. March. Lips.
4. Dissput. et Factis, quam praesentavit D. Wilhelmus Schmuken et defendit Wilhelmus Müller. Hamburgi Lipsiae.
5. Dissput. ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Casp. Eovig J. V. D. Resp. Christiano Casp. Eovio Collic. Misn. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placida collatae Lubicis Franciscus Romang. J. V. D. Resp. Christiano Brandenstein. Lipsiae.
7. Assertiones de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrichus Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Dorv. nensi. Lipsiae.
8. Dissput. et dolo, quam praesentavit Valentinus Thiemero etc., publico examini subiecit Magus Nölger. Hannover. Zene.
9. Dissput. et Probationibus, quam praesentavit Conrado Casp. Eovio J. V. D. publico examini exhibuit Henricus Schabbeke. Wismar. Me., Gapol. Wittebergae.
10. Dissput. et Fidei Testamento, quam praesentavit Orosolpho Formanno etc. mis Johannes Christophorus Aremann. Zene. Zene.

DISPUTATIO JURIDICA
De
JURAMENTO
TESTIMONII ET PUR-
GATIONIS,

Quam

Auspicante summâ Trinitate
*Magnifico atq; Amplissimo Jctorum Ordine in cele-
berrima Academia VVittebergensi consentiente*

P R Æ S I D E

Viro Clarissimo & Consultissimo

DN. CHRISTIANO Kœrtembergk/

J. U. D. Juridicæ Facultatis Assessore, ac Judicii
Electoralis Curie Advocato dignissimo &c. Præceptore ac
Promotore suo summo honore prosequendo,

Publicè examinandam ac ventilandam

proponit

JOHANNES Kühne/ Gubenâ-Lusatius.

In Auditorio Jctorum

Ad diem 8. Maii horis à 7. matutinis.



WITTEBERGÆ,

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XXX.



DISPUTATIO JURIDICA

JURAMENTUM

TESTIMONII ET PUR-

GATIONIS

Magistri et Jurisconsulti Doctoris et
Magistri et Jurisconsulti Doctoris et
Magistri et Jurisconsulti Doctoris et

DR. CHRISTIANO SCHUMBERGER

J. U. D. publico Professoris Abhonoris, ac
Abhonoris Curia Abhonoris dignissimo et
Promotore Jurisconsulto honorifico

JOHANNES S. RUDOLPH GUBEN-LUTZ

Abhonoris Curia Abhonoris dignissimo et
Promotore Jurisconsulto honorifico

Typis Heredum SALOMONIS A. ERBAE A. Acad. Typogr.

anno M. DC. LXXV.





Συὴ Ὁσῶ.

Prooemium.

Magna vis est Conscientie, inquit In orat. pro
T. Annio
Mil. eloquentissimus Romanorum Cice-
ro, & magna in utramq; partem,
ut neq; timeant, qui nihil commise-
rint, & poenam semper ante oculos
versari putent, qui peccarint. Major autem ju-
risjurandi vis est & gravitas (a), ut quo majores
nostrum nullum vinculum adstringendam fidem ar-
ctius esse voluerunt; & quia, quanto arctius id
est, tanto illi gravius peccant, qui religione ejus
spretâ judicibus ita imponere cogitant, perfidiâ
detecta, infamia tales (b) notarunt, à testimonio
dicendo (c) removerunt, poenis quoq; corporis (d)
affecerunt, & quod summum est, quia non tan-
tum humana sed etiam divina jura violarunt,
Deo vindictam (e) supremam commiserunt: cum
scirent, non ex pactione verborum, quibus jus-
jurandum comprehenditur, sed ex perfidia & ma-
litia, per quam insidie aliis tenduntur, Deum im-
mortalem hominibus irasci & succensere, atq;
ideò etiam ad ejus, qui laesus est, ultionem perti-
nere.

nere. Sed intra carceres revocanda est oratio, cum instituti ratio aliud postulare videatur, & in ipso etiam Disputationis presentis uberrimo campo, ubi de secunda & tertia specie juramenti, quod de causa controversa solius religionis injicienda causa adhibetur, placidaq; ejusdem ventilatione agere constituimus, pluribus de hac materia disquirendi & colloquendi erit occasio.

(a) Quod enim jurantes promittunt, servare tenentur; modo servari possit absque detrimento salutis aeternae, *c. cum contingat. Extr. de jurejur. c. quamvis. Extr. de pact. in 6. Wesemb. in w. ff. b. t. n. 13.* Deo enim qui conscientiae testis est, perjurii vindex est acerrimus, *L. jurisjurandi 2. C. de Reb. credit. juratur, qui sic illud accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit, c. quacunq; 22. quest. 5. Wesemb. d. loc. & n.* Lites quoque finit, teste Gajo in *L. maximum remedium 1. ff. de jurejur. Gothof. ad d. l. jurisjurandi 2. §. sic enim non lites. 8.* Pœnitentiam cui aliàs de jure locus esset, *Gothofr. in not. ad l. si pecuniam 5. ff. de cond. caus. dat. lit. S. Alexand. conf. 89. n. 4. incip. omisis vol. 7.* impedit. Plures energias juramenti recenset Eberhard. in *Topic. leg. loco à juram. vi, energia & c.* (b) Quod hodiè etiamnum frequentatur, *text. in l. si quis major 41. C. de Transact. l. pen. C. de dignit. lib. 12.* ut simul priventur actione & rebus, quæ in controversiâ fuerint deductæ, qui contra expressum juramentum venerint *per all. ll. (c) c. semel malus de reg. jur. in 6. c. quicunq; 6. q. 1. & quod debeant à judice repelli, probat Menoch. Conf. 24. n. 28.* cum perjurium sit majus delictum quam homicidium, *Seraph. priv. 137. n. 6.* neque per partem remitti possit, *Arnold. de Reyer in thesaur. jur. de Perjurio n. 149.* (d) Hinc varia & gravissima percipimus exempla. Romani, teste Livio, perjuros de Saxo Tarpejo dejiciebant. Ægyptiis, scribente Johan. Bohem. *lib. 1. de morib. omn. gent. c. 3.* capite plectebant, tanquam qui duplici tenerentur scelere, ut qui & pieta-

pietatem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum vinculum societatis humanæ. Indi teste eod. lib. 2. c. 8. extremis digitorum articulis decurrabant. Taceo Exempla, divinitus propter violatam jurisjurandi religionem, & fidem punita: jure civili certa pœna novissima Constitutione determinata est, *in d. L. si quis major 41. d. L. pen. C. t. t. C. de Custod. reor.* De qua infra pluribus. (e) *d. L. jurisjurandi 2. C. de Reb. credit. Herodot. lib. 2.* Fundamento d. Legis moti sunt plurimi Dd. ut statuerent, perjuria, cum Deum habeant ultorem, dolo malo dicta, legibus non puniri; quod tamen quoad animam & Conscientiam pejerantis subintelligendum est: cum aliàs, maximè quando cum alterius injuria vel damno sunt conjuncta, puniantur legibus, ut dictum, & adhuc ostendunt, *L. nam sufficit ff. de dol. mal. L. fin. ff. de Crimin. stellion. L. si duo §. ult. ff. de jurejur. Kilian Rönig in suo process. c. 88. n. 4. Wesemb. prolixius in w. ff. b. t.* Sed ad rem ipsam,

T H E S I S I.

Disputatum est hætenus prioribus duabus Disputationibus de juramento in genere, ut & de prima juramenti (a) specie, quod de re quidem controversa, sed solius tamen religionis iniiciendæ causa adhibetur; Calumniæ nimirum juramento: consequens est, ut paucis de juramento Testimonij & Purgationis (b) videamus.

(a) Juramentum enim pro varietate subjectorum varias sortitur Divisiones. Est enim vel de causa ^{obv} controversa, quod aut negotium in quo interponitur, confirmat, velut in Transactionibus, Contractibus minorum & simill: aut homines fide adstringit, cujus generis est subjectionis & Fidelitatis. Vel de Controversa adhibitur, aut ob solam religionem iniiciendam, prout est Calumniæ, de quo præcedente disputat. & de quo in præsentia, Testimonij & Purgationis: aut litem



finiendam, de quibus in subsequ. disputat. His alij addunt juramentum litis æstimandæ causa introductum, quod æstimatorium nominatur, de quo Schneidw, in §. 11. n. 33. *inst. de Action.* & *Beustb. in rubr. de jurejur. n. 136.* sed magis species quædam est juramenti litis & controversiæ causa adhibiti, *Treutler. disp. 21. abes. 6. vol. 1.* (b) tanquam reliquis duabus speciebus.

II.

Est autem juramentum Testimonij (a) quod testimonium dicturi testes (b) de veritate (c) ad Articulos & Interrogatoria (d) dicendâ, præstant (e).

(a) Quod & veritatis, Testimonij veri, vulgò juramentum testium (germanicè *zeugen Eydt*) nominari consuevit. (b) à testando dicti seu asserendo. *Wesemb. in c. ff. de Testib. n. 1.* Idq; præstant tam fæminæ quam masculi, *L. qui jurasse ff. de jurejur.* Et hoc juramentum à Testibus, priusquam perhibeant testimonium præstandum est, *L. jurisjurandi 9. C. de Testib. c. nuper, & ibi Felin. n. 5. & 6. Extr. de Testib.* quia testes religione juramenti non præsumuntur falsum dicere, *Geil. lib. 1. obs. 101. n. 9.* Alias absq; illius præstatione depositio nullius est momenti, *d. L. jurisjurandi.* Quod adeò verum est, ut etiam actis inseri necessum sit; cum iudices in dubiis causis exacto jurejurando secundum eum judicare soleant, qui juraverit, *L. admonendi. 31. ff. Eod.* Sin autem id non exprimatur, prius jurasse quam deposuisse præsumendum est, *Jason in d. L. admonendi n. 230.* Talis autem depositio semiplenè tantum probat, *Beustb. in d. rubr. n. 211.* Quid si autem depositio in continenti per testem à Commissario jurare jussum juramento confirmetur? Et respondent communiter omnes Dd. quod talis depositio sit valida, quia dictum testis censetur juramento informatum, ex vulgari regula, quod ea, quæ in continenti fiunt, insunt; & sic non est nuda testificatio, sed vestita religione jurisjurandi, *arg. L. pen. C. de inst. & substit. L. jurisgentium §. quin imò ff. de pact.* Secus est, si ex intervallo juramentum præstaretur: quo casu depositio testis tanquam injurata nullam fidem faceret, *Geil. d. obs. 101. n. 10.*
Seizer.

Setzer. b. tract. c. 10. n. 7. vnd bliebe die Aussage nackter vnd bloß
uti inquit Rönig in process. c. 76. n. 3. (c) Veritas enim, utpote-
basis & fundamentum justitiæ, Matth. Coler. de process. execut.
part. 1. c. 3. incip. viso de manus. n. 43. non est occultanda, ne
malus ut bonus judicetur, c. quanquam. 4. quest. 2. Qui autem
hoc facit, iram Dei super se provocat, c. quisquis. 11. quest. 3.
Magis enim timet hominem quam Deum, & dolum commit-
tit Kil. Rönig d. loc. c. 75. n. 11. & c. 82. n. 4. in fin. Hinc, licet
quis jurasset, se nolle in aliqua causa testimonium perhibere,
tamen istud juramentum tanquam temerarium, illicitum &
contra bonos mores præstitum non esset obligatorium, nec in-
famiam non servanti irrogaret, & posset jurans propria autho-
ritate, non petita prius absolutione contravenire, per text. in c.
pervenit. de Testib. cog. cum celans veritatem peccet mortaliter,
Geil. lib. 1. obs. 100. n. 2. & 3. & remissivè lib. 2. obs. 39. n. 15. & 16. & lib. 1.
observ. 40. n. 7. & seqq. & clarius per Exempla demonstrat lib. 1. de Pac.
P. num. 16. (d) Si enim judex vel commissarius prætermisisset te-
stes de Interrogatoriis, quæ sunt circa principales negotium
querere & interrogare, possunt denuò repeti, c. per tuas. Extr. de
Testib. Sed de novo jurare non tenentur, quia juramentum su-
per tota causa præstitum, etiam ad Interrogatoria extenditur
Hartm. Pistor. 1. quest. 41. Setzer. d. lib. 3. c. 9. n. 12. Quod manifestum
facit tenor juramenti: ich schwere/ daß ich auff die Artikel/ Frage-
stücke vnd der ganzen Sachen/ zwischen N. vnd N. so viel ich dar-
umb befraget/ vnd mir bewust ist/ die rechte vollkommene Warheit sa-
gen wil/ etc. Sin autem Interrogatoria extra causam fuerint,
potest ea judex vel commissarius ex officio tanquam nulla am-
putare & reijcere, arg. L. 1. C. ut quæ des. Advocat. & arg. c. cum con-
tingat. de offic. deleg. & l. ad probationem. C. de probat. Rönig in d.
process. c. 73. n. 1. (e) Quod veritatis est dicendæ, & in eo omnis
vis & substantia depositionis consistit, Geil. lib. 1. obs. 101. n. 1. & 2.
Trentl. vol. 1. disp. 21. thes. 5. & vol. 2. disp. 5. thes. 6. lit. F.

III.

Et hoc juramentum in omnibus testibus necessa-
 rium



rium est (a): cum testis injuratus (b) nihil probet, sed tanquam illegitimus & insufficiens rejiciatur (c); modo non prohibeantur.

(a) Adeo quidem, ut testes præcisè ad juramentum, etiam inviti compelli possint, *d. L. jurisjurandi C. de Testib.* Si absint, evocati venire cogantur, vel vi ducti, *per L. pen. in princ. verb. trahere. C. d. tit.* vel remedijs prætorijs, multa indicta captisq; pignoribus, *per L. temporibus 1. §. quid ergo 3. ff. de Ventr. inspic. & juxt. gloss. Bart. Salicet. aliosq; Dd. in L. si quando C. d. tit. quod & probat L. non exigimus 2. §. 2. ff. si quis caut. item, l. sed et si prætor 26. §. ult. vers. idem puto, junct. versic. ult. ff. ex quib. caus. maj. Hillig. ad Donell. lib. comment. 25. c. 16. in princ.* Hoc tamen eatenus intelligendum, ut monitio præcedat. *per text. in c. 1. & c. super te. de testib. cog. Geil. lib. 1. obs. 100. n. 9.* Tota etenim substantia testium depositionis in juramento consistit, *d. l. jurisjurand. text. in c. quoties. & in c. licet. & 2. §. testes. Extr. eod. Gloss. ibid. Geil. lib. 1. obs. 101. n. 1. Setzer d. loc. c. 9. n. 8.* (b) Quantumcunq; etiam religiosissimus fuerit; injurato enim testi in præjudicium alterius non adhibetur fides. Idq; omnium maximè in causis criminalibus obtinet. *Geil. d. loc. & num.* nisi partium voluntate & consensu remittatur juramentum, in quorum favorem est introductum, *c. 2. de Sponsal. c. consulvit de vsur. c. tuis de Testib. L. fin. ff. Qui & à quib. facit L. jurisgentium 7. §. 14. ff. de pact.* Quibus invitis nec Clericis remittitur, *c. nuper nobis 51. Extr. de testib. Hilliger. d. lib. 25. c. ult. lit. P.* cum quilibet favori pro se introducto remittere possit, *L. pen. C. de pact. L. si quis 51. C. de Episc. & Cleric.* vel nisi sint casus in quibus etiam testi non jurato creditur. *Beusth in d. rubr. n. 107.* Et ista remissio non tacitè sed expressè debet fieri, pro quo facit, *L. filius §. invitum ff. de Procurat. & L. qui vas §. vetare. ff. de furt.* Taciturnitas enim in causis gravioribus & præjudicialibus non arguit consensum, *d. L. qui vas §. vetare. Johan de Mont. Ferr. in l. 1. in pr. col. 9. ff. de Verb. oblig. Bald. in c. nuper vers. ibi super hoc. Extr. de Testib. Kilian König in suo process. c. 76. n. 4.* An autem statuto juramenti remissio induci possit, variae sunt Dd. opiniones? Nos
cum

cum Alexandro, *Consil. 59. n. 7. vol. 1.* Treutlero *disput. 5. lit. f. vol. 2.* statuimus, quod possit; hac tamen adhibita distinctione, si tantum ad personas integritate vitæ perspicuas, illustres & Nobiles, & non ad quemlibet privatū promiscuè referatur, *Geil d. obs. 101. n. 13.* Deinde si tale statutum conditum & approbatum fuerit ab habente potestatem super hoc disponendi, & factum etiam sit ex certa scientia, *Alexand. Conf. all.* Regulariter enim argumentum à pacto ad statutum valet affirmativè, *Geil. lib. 2. obs. 78. n. 3. Jason. in L. non possibile ff. de pact. Setzer d. c. 9. n. 14. Eberh. in Topic. Loc. à pact. ad Leg.* Et hoc secundum Geilium in regno Bohemiarum & in ducatu Austriae ex singulari privilegio & longa observantia receptum est. Quo pertinet etiam quod interpositio fidei iuramento comparatur. *per not. lib. 2. obs. 59. (c)* Pari jure testis qui quidem juravit, sed nulliter, à testimonio dicendo repellitur. Paria enim sunt, testem non jurasse, vel non ritè jurasse, *Setzer d. loc. n. 4.*

IV.

Prohibentur autem quidam vel Natura vel Lege. Natura, furiosus (a) cæcus (b) surdus (c) & (d) prodigus.

(a) *L. in negotijs, §. L. furiosi 40. ff. de R. j. §. furiosus Institut de inutil. stipul. & ibi Dd. l. qui testamento. §. nec furiosus. ff. Qui testam. fac. poss.* Etenim in furioso nullum est animi iudicium. Unde nec quicquam velle vel agere is censetur, *l. qui servum 47. ff. de acquir. vel omitt. hered. & d. l. 40. ff. R. j.* sed per omnia & in omnibus absentis vel quiescentis loco habetur, ut ait Julianus *in l. si ei qui 2. §. pen. ff. de jur. Codicill.* idq; Pomponium etiam scripsisse refert Paul. *in fin. l. ubi non voce 124. ff. de R. j. Anthon. Matth. ad l. in negotijs §. ff. d. rit.* Et quod de furioso dicitur, etiam de mente capto intelligi debet; cum quod furioso in rebus gerendis denegatur, non alia de causa denegetur, quam quod mente careat, ut est *in §. præterea instit. Quis non est permis. fac. testam. Anthon. Matth. ad d. L. furiosi 40. ff. de R. j.* (b) si nimirum de visu testimoniū dicere velit, *Just. Reuber. in tract. de Testib. p. 1. n. 58.*

B

c. amp.



Camp. de Testib. 118. quod tamē intelligitur de visione perspectiva seu intuitiva, non de visione intellectiva, abstractiva à præsentia corporalis objecti, *Bald. in l. non ignorat, col. 3. vers. verb. tamen visus. C. de his qui acc. non poss. Arnold. de Reyer in thesaur. jur. de Testib. n. 238. (c) arg. L. qui in potestate §. surdus & mutus. l. cum lege. 26. cum lege seq. ff. Qui testam. fac. §. testes autem instit. de Testam. ord. Reuber. d. loc. n. 57. Alber. de Malet. tract. de Testib. c. 5. n. 36. & 37. qui in hisce casibus varias afferunt distinctiones, (d) Cui bonis interdictum est, *L. is cui ff. Qui testam. fac. poss. & d. §. testes autem. instit. eod. d. l. furiosi 40. ff. de R. j. Antbon. Matth. hic. l. 1. vers. tam diu ff. de curat. furios. Campeg reg. 119. Alber. de Malet. p. 1. c. 5. n. 35. Reyer in process. judic. disp. 6. th. 7.**

V.

Lege prohibentur Pupilli (a) Liberi in potestate parentis constituti, Parentes (b) fratres (c) Consanguinei (d) Infames (e) Perjuri (f) Excommunicati (g) Inimici (h) Amici magni (i) producentis domestici (k) & quilibet in causa propria (l).

(a) Hoc est, minores 14. annis in causa civili, *l. inviti §. 1. ff. de Testib. & l. testium fides. 3. §. 5. ff. Eod. §. testes autem. instit. de Testam. ordin. idq; propter lubricum ipsorum consilium; jus enim & factum ignorant, l. ult. ff. de jur. & fact. ignor. & jurare non possunt, l. qui jurasse 26. ff. de jurejur. L. videamus 4. ff. de in lit. jurand. Specul. de Testib. §. 1. n. 35. sine quo testi non creditur, l. jurisjurandi §. C. de Testib. Wesemb in 20. ff. Eod. n. 3. ut dictum. In Criminalibus verò etiam si pubes factus ante completos 20. annos non admittitur, *l. in testimonium 20. ff. de Testib. Specul. d. loc. n. 34. Chilian. König. c. 75. §. als nembslich.* An autem major factus rectè de ijs testabitur, quæ in pupillari ætate vidit? Affirm, *arg. l. excipiuntur ff. ad SC. Syllan. §. pupillus. instit. de inutil. stipul. dummodo proximus pubertati fuerit, Specul. d. §. n. 35. ubi contrariorum rationes adducit & pro hac affirmativa concludit, per ibi not. Chil. König. d. §. als nembslich in fin. Reuber. p. 1. n. 13. & seqq.*
usq;*

usq; ad n. 17. (b) Pater & Mater pro filio, & contra filius pro pa-
tre vel matre regulariter non admittuntur, ut in l. parentes & li-
beri. C. de Testib. l. testis idoneus 9. ff. Eod. §. in testibus. instit. de testam.
ordin. etiam in infinitum, l. quig; §. 1. ff. de in jus voc. Specul. d. §. 1. r.
2. & seqq. Quod similiter in liberis emancipatis propter natu-
ralem affectionem obtinet, d. l. parentes. & ibi glos. C. de Testib. l.
liberorum 220. ff. de Verb. signif. Specul. d. n. 2. In causa tamen ma-
trimonij contrahendi vel distrahendi propter consanguinita-
tem parentibus in causis liberorum & proximioribus agnatis
testandi facultas conceditur, c. consanguineos. 35. quest. 6. c. vide-
tur. Extr. qui matr. acc. poss. Specul. d. §. 1. n. 4. vers. quarto fallit. König
in process. c. 75. §. item Vatter vnd Mutter. (c) L. testium fides. 3. ff. de
Testib. (d) Quibus annumerantur etiam Adfines. Et licet hi an-
ho admittantur: tamen non sunt testes integri & omni excep-
tione majores, Bald. in l. qui testamentum. §. quacunq; ff. Qui testam.
fac. poss. c. Consanguinei. & c. Accusatores. 3. q. 5. Laur. in c. quoniã
contra. c. 8. n. 55. de probat. (e) Etiam de his rebus, quas inculpati
adhuc viderant, L. Carbonianum. 3. §. dua. 5. ff. de Carbon. edict. (f)
c. testimonium. & ibi glos. de Testib. c. semel malus. de R. j. in 6. L. sed etsi
quis major. C. de Transact. (g) text. in c. veniens el. 2. & Dd. notant
in c. testimonium de Testib. (h) Capitales intellige, Innocent. in c.
inquisitio. de Accusat. l. testium. ff. de Testib. Et quod neq; reconcilia-
tus, habetur in text. & glos. c. Accusatores el. 1. 3. q. 5. Inimicus
enim semper mala cogitat de inimico, c. repellantur. & c. cum a-
porteat. de Accusat. & simil. (i) d. l. testium. ff. de Testib. Felin. in c. quo-
ties. Extr. de Testib. Magna enim affectio veritatem impedit, c.
Accusatores. 3. q. 5. el. 2. (k) l. testes. ff. de Testib. l. etiam. 3. C. Eod. §. in
Testib. instit. de Testam. ord. quorum appellatione venit uxor &
maritus, l. sed etsi §. prater ea. ff. si quis caut. l. interdum. 36. ff. de judic.
l. cum aliter. 1. §. si vir 15. ff. ad SC. Syllan. Specul. d. §. 1. n. 15. Cyn. in l. de
crimine. C. qui accus. poss. König d. c. 75. n. 6. vers. Mann vnd Weib.
Quod tamen fallit si utriq; parti sint domestici, post Specul. d.
loc. n. 22. Wesemb. in w. ff. de Testib. n. 3. in m. (l) L. nullus. 10. ff. de Te-
stib. L. omnibus. 18. C. Eod. ut sunt, Actor, Reus, debitor, vendi-
tor ad quem periculum evictionis redit, socius tam contractus

quam criminis, Patronus &c. Dd. in d. l. omnibus 10. C. de Testib. Specul. d. §. 1. n. 74. 76. per l. fin. ubi gloss. & Dd. ff. d. rit. Cyn. in d. l. omnibus 10. & l. quoniam. C. eod. Wesemb. in w. ff. d. loc. & num. Quod tamen intellige, si ad ejusmodi personas emolumentum inde redundet vel aliàs profit, Dd. dd. loc. Si quoque de consensu alterius partis expresso fiat, meritò admittuntur, arg. l. fin. C. de Fidejussl. delata 9. C. de reb. cred. Arnold. de Reyer in Process. disp. 6. tb. 8. in fin. De Paupere hodiè nullum est dubium, quin possit esse testis; nisi aliàs sit suspectus, docuit Specul. in tit. de testib. §. 1. n. 61. Paupertas enim non est de genere malorum, c. illa in fin. 15 q. 1. Qui plura cupit, videat Chilian. König in process. cap. 75. per tot.

VI.

Idque in omni materia (a) locum habet, etiam in causa (b) summaria, feudali & matrimoniali (c), nedum (d) criminali.

(a) c. nuper de testibus ubi gloss. c. hortamur 3. q. 9. Lanfranc. de Testib. n. 4. Crotus n. 227. Boss. in pract. crim. tit. de oppos. contr. testes n. 81. (b) Cum proceditur sola facti veritate inspecta. Menoch. de arbitr. judic. quest. 26. n. 1. & 2. Cephal. Consil. 294. n. 3. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. in prefat. quest. 5. n. 75. seq. Setzer d. lib. 3. c. 9. n. 3. (c) l. testimoniorum usus 1. in pr. ff. de Testib. c. de Testib. 29. c. testimonium 54. de Testib. c. 2. eod. in 6. Quo in casu licet juramentum à partibus remittatur, judex tamen ex officio illud à testibus recipere debet, Felin. in c. tuis questionibus n. 4. & inc. juravit n. 2. de probat. Geil. lib. 1. observ. 101. n. 6. (d) In causis tamen criminalibus magis idonei requiruntur testes quam in pecuniariis, d. s. testimonium 54. Bart. in tract. test. §. testes in pr. Wesemb. in w. ff. de Testib. n. 4. Qui, si illo in casu evocentur, quantumcunque sit iter, omninò venire tenentur, Novell. 90. cap. 5. in fin. Quod tamen judex causæ precibus consequetur à Magistratu ejus provinciæ, Hillig. d. lib. 25. c. 16. lit. D. Quod si postea præcedente juramento deponant, ipsis non creditur, nisi rationem reddant dicti sui sufficientem, etiam non interrogatis ut signanter

gnanter tradidit Salicet, in l. fin. C. de probat. Alexand. Conf. 15. n. 6.
vol. 1. Rosbach; in process. crim. tit. 3. c. 3. n. 10.

VII.

Jurent (a) autem partibus presentibus (b) coram
Notario & Judice vel Commissariis ad hoc deputatis.
Et quidem antequam deponunt (c); aliàs enim denuò
jurati sunt examinandi (d), siquidem prius dicta per ju-
ramentum subsecutum (e) non confirmantur.

(a) Forma juramenti testis est, quod nimirum judici vel
commissario jurabit dicere veritatem pro utraque parte, quam
noverit de illa re, super qua in testem productus est, & quod
nullam velit immiscere falsitatem, juxt. *Auth. sed judex C. de
Epist. & Cleric.* hoc est, ut gloss. ibi interpretatur, quod nullius gra-
tia, amore aut odio commotus, nec alicujus timore aut metu
perterritus, nec tandem aliquo dono aut munere illectus, pro
utraque parte meram & puram veritatem dicere velit: sicuti
habentur quoque per gloss. in c. fraternitatis de Testib. Beustb. in d.
rubr. n. 216. Konig. in process. c. 76. n. 2. (b) Et specialiter quidem
parte adversa ad hoc citata, ut veniat videre, quomodo testes
juramentum deponant, aliàs talis receptio nullum effectum
pareret, juxt. c. 2. de Testib. & ibi Felin. idem probat l. si quando C.
eod. L. judices C. de fid. Instrum. Requiritur autem ut ista citatio
in se contineat copiam articulorum & designationem testium;
ut pars adversa, si voluerit, exhibeat super his interrogatoria,
aliàs contra processum excipere potest, *Specul. in tit. de Testib. §.
nunc videndum vers. horum etiam articulorum, Innocent. in c. per
tuas Extr. de Testib.* Potest ergò, si vult, pars adversa juramen-
to testium interesse & exhibere interrogatoria: si nihil horum
facit, Judex vel Commissarius nihilominus testes recipere, &
eos parte citata absente examinare & ex officio interrogatio-
nes proponere potest, juxt. *Paul. de Castr. in L. unic. §. is videtur
n. 4. in fin. unà cum Alexand. ff. si quis jus dicent. non obtemp. num. 7.*
Secus se habet, si pars absens & citata rationem suæ absentiae
postea sufficientem reddere possit. Tunc enim dicta testium



firma non haberentur, *Rönig c. 76. n. 5. & d. c. 2. de Testib. Geil. observ. 95. lib. 1. in fin. & obs. 96. n. 8.* (c) De quo supra in *th. 2. lit. B.* mentionem fecimus. Deponere autem testimonium & examinari testes possunt omni tempore, etiam die feriata, *Lanfranc. in prax. t. t. de deposit. test. n. 12.* Recipi tamen non possunt, quod testes recipere & juramento obstringere sit actus judicialis, *c. quoniam de probat. qui diebus festis fieri non debet, l. dies festos C. de Feriis*: at non itidem de processu est examinatio, *Rönig d. c. n. 6.* (d) Et quidem solenniter ad jusjurandum adigi debent, ut tantò majorem fidem faciat ipsorum depositio, *c. cum clamor. c. 2. de Testib. Wesemb. Consil. 13. n. 106. vol. 1.* Nec revelatur testis ab hoc juramento, si semel in eadem causa jurasse & testimonium se perhibuisse in prima instantia dicat. Nam testis iterum productus in causa Appellationis, debet de novo jurare, *Marian. Socin. c. 1. de Testib. n. 6. & Setzer. d. c. 9. n. 11.* (e) Ex intervallo nimirum, secus si in continenti, uti ostensum in *thef. 2. lit. B.*

IIX.

Num autem hoc in causa publicatis attestationibus (a) testes denuò possint examinari non ita expeditum est: negat Jason, affirmat Bart. cui (b) assistimus.

(a) Quarum effectus singularis est, quod eâ semel factâ, regulariter testes non possint iterum vel amplius produci & examinari, etsi pars producens illud petat, *per c. cum venissent de Testib. & c. per tuas, & ibi Abb. Extr. de Testib.* Ratio est, metus subornationis testium, & renunciatio facta per viam conclusionis, *c. fraternitatis de Testib. & Clem. fin. eod. Authent. eod. tit. §. quia verè Collat. 7. Authent. qui semel C. de probat. l. 2. C. sent. rescind. non poss. Rönig in process. c. 86. n. 3. & 4. in fin.* (b) Si enim productio & examinatio testium fortè non sit ritè & legitimè facta, vel dolo aut negligentia examinatorum non super omnibus articulis vel interrogatoriis sint interrogati, *text. in c. per tuas de Testib.* non quidem per hoc dictum testis est nullom, sed tamen propter hoc permittitur parti petere etiam post publicatas

catas

catas attestaciones, quod talis testis repetatur super omissis interrogatoriis, ut notat *Specul. in tit. de Testib. §. jam de interrogatoriis. vers. item cautè. Alexand. Consil. 172. n. 9. vol. 2.* Quod etiam obtinet in causis matrimonialibus, ubi quis post publicationem alios testes super iisdem vel directò contrariis articulis producere potest, *text. in c. ex tenore, & in c. cum in tua. de Testib.* Ut & in causis criminalibus, in quibus ex parte Rei nunquam in causa conclusum esse intelligitur, & ideò quandoque voluerit, innocentiam suam probare poterit, *per text. singularem in l. unius 18. §. cogniturum 9. ff. de Question. & l. Annus 4. §. 2. ff. de requir. reis. Geil. lib. 1. de Pac. publ. cap. 18. n. 2.* Plura vide apud eundem *lib. 1. observ. 105. per tot.*

IX.

An autem testes per Procuratorem (a) jurare possint, vel testimonium suum per scripturam (b) deponere, quæstio utilis institui posset? Negativam nos amplectimur.

(a) Licet regulariter quis non possit citari, ut teneatur personaliter comparere, cum citato vel per se, vel per procuratorem comparere licitum sit, *L. Procurator 1. §. 2. ff. de procurat. & c. querelam eod. l. presentis §. cum autem C. de his qui ad eccl. confug.* atque ita indultum à lege beneficium nemini sit auferendum, *c. indultum de R. 7. in 6.* tamen cum hinc causa sit ejusmodi (nimirum ad veritatis perhibendum testimonium) quæ sine personali præsentia ritè & sufficienter expediri non possit, *juxt. c. 1. de judic. lib. 6. testis in propria persona citari & comparere tenetur, uti hoc amplius demonstrat, l. testium fides 3. ff. de Testib. Novell. 124. c. 1. Auth. principales C. de jurejur. propt. calumn.;* ita quidem, ut si contumax fuerit, postea sub pœna pecuniaria citari & durante contumacia, in eam condemnari possit, *Neue Gerichtsordn. tit. 22. Von denen Zeugen / so sich Zeugniß zu geben ohne erhebliche Ursachen verweigern / vnd mit was Pœnen sie darzu zu bringen / etiam à commissariis, quia sunt ministri committentis eumque repræsentant, text. in cap.*



*cap. sanè. cl. 2. de offic. deleg. text. in L. Quacumq; 1. ff. de offic. ejus
 cui mand. est jurisd. Cum verò contra refractarium proceditur
 ad pœnam Banni, hanc Commissarius imponere nequit, text.
 in l. nulli. C. de sent. & interloc. omn. jud. Geil. lib. 1. observ. 100. n. 2. Sin
 autem testis propter impedimentum valetudinis ad iudicem
 venire non valeat, ad eum mittatur Notarius cum duobus ad-
 hoc deputatis, sacramentumq; ab eo sumatur, d. Authent. prin-
 cipales. C. de jurej. propt. calumn. Duar. ad tit. 1. C. de Reb. cred. c. 3. in
 fin. Aliàs testes sumtibus producentis venire consueverunt, pro
 cujusq; dignitate, L. quoniam liberi 11. C. de Testib. l. testium fides. 3.
 §. 4. ff. Eod. Hoc enim si non fieret, magna injuria afficerentur te-
 stes à suis rebus avocari, & contra naturalem æquitatem ipsis
 officium suum esset damnosum, l. si quando 19. C. de Testib. l. sed si
 quis 7 ff. testam. quem adm. aper. Wesemb. in c. ff. de procurat. n. 8. in
 pr. & ff. de Neg. gest. n. 11. in fin. & ff. ex quibus caus. maj. n. 4. (b)
 Quod non possit, ostendit Novell. 73. c. 3. Requiritur enim vivæ
 vocis actus in teste, Beusib. d. rubr. n. 212. & viva vox scripturam
 superat, Gothofred. ad d. Novell. lit. c. cum scriptura tantum sit
 præsumta probatio, viva autem vox est probatio plena & vera,
 Bart. in Margar. sua in verb. testis. Si igitur testis mittat suum te-
 stimonium iudici, licet antea juratus esset, tamen illud testimo-
 nium nihil probaret, text. elegans est, in d. l. testium fides. 3. §. idem
 Divus. ff. de Testib. ubi Hadrianus inquit, se non testimoniis, sed
 testibus fidem adhibere, id est, inspicere vultum testis, Sicbard.
 in C. lib. 4. tit. 1. n. 30. Quod si autem depositio per scripturam fa-
 cta & acceptata fuerit, derogant hoc in casu duo testes jurati
 literis sigillatis, Abb. in c. cum à nobis. Exir. de Testib.*

X.

Quod si autem testis in officio publico (a) con-
 stitutus dicat, se sub juramento, quo superiori est ob-
 strictus (b) depositurum, eritne audiendus? (c) ne-
 gamus.

(a) Officialis, Consul, iudex aut Senator, Scabinus
 item, & his similes. (b) Puta Subjectionis & Fidelitatis (c) A-
 liud

aliud enim est juramentum fidelitatis, quod est generalius, & aliud est juramentum testimonii & perjurii, quod est specialius & de re presentis. Nec tales personæ ullibi eo in casu, ubi veritas aliter haberi nequit, reperiuntur privilegiati aut excepti, *Geil. d. lib. 1. observ. 100. n. 15.* Unde infallibiliter sequitur, quod producti in testes pari ratione, ut alterius sortis homines præstare juramentum speciale cogantur, nisi hoc à partibus expressè ipsi remittatur, *ut est text. in c. tuis de Testib. & L. jurisjurandi, l. testium C. eod.* Sicuti nec testes relevantur, quando à Commissariis petunt, ut sibi licentia concedatur promittendi manu, an Eides stat / cum præcisè requiratur, ut invocatio Nominis divini accedat, *l. ait prætor. 3. §. fin. ff. de jurejur. vide disp. 1.*

XI.

Circa juramentum testis quæri etiam potest de poena (a) testis falsum (b) deponentis. Et sciendum testem deponentem falsum tribus personis fieri obnoxium, Deo (c), judici (d), & parti (e) innocenti.

(a) Quæ convictis de perjurio certa imponitur. Aliter autem in causa criminali publici iudicii irrogatur, ubi qui falsum deponit, similitudine supplicii & poena talionis puniri debet, *l. lege Cornelia. 1. §. 1. vers. quivè falsum ff. ad L. Cornel. de Sicar. Constit. crim. Carol. V. art. 64. & 68.* Quod verum est, si dolo falsum deponat; Si verò per errorem, mitius punitur, *l. 1. §. 1. ibi, justum errorem, in fin. ff. ad SC. Turp.* In dubio autem error potius quam dolus præsumitur; cum delictum non præsumatur, *l. meritò de probat. vers. & sanè, in fin. ff. pro socio l. patronum 6. l. quotiens 18. §. 1.* Aliter in alia causa civili vel criminali, ubi testis per dolum falsum deponit & punitur Lege Cornelia de Falsis, *l. 1. in pr. ff. ad L. Cornel. de fals.* quæ communiter est deportatio cum omnium bonorum publicatione, *d. l. 1. §. fin.* Quod locum habet, quando actio criminaliter contra testem instituitur. Si verò agatur civiliter ad satisfactionem, in quantum læsit partem, contra quam deposuit, *L. qui nomine, in fin. ff. ad L.*

C

Cornel.

Cornel. de fals. Beust. d. rubr. n. 23. Jure Canonico fiunt infames, cap. infames 6. quest. 1. De jure novissimo Ordin. Impet. pejerantes duorum digitorum, quibus jurarunt, amputatione puniuntur, Constit. crimin. Carol. 5. cap. 108. 299. gloss. Sax. art. 9. lib. 3. Wesemb. in w. ff. Qui satisd. cogun. n. 10. in fin. Hinc usitatum est, ut in jurando duos digitos, puta indicem & medium, erigere cogantur, quo & poenae hujus admoneantur, & ea convenientius à perjuris exigi possit, Wesemb. in w. C. de jurejur. propt. calum. Poena autem ista à judice, cujus aures offendit falsum testimonium dicendo testis, exposci potest, l. nullum penitus 12. C. de testib. Duaren. ad tit. ff. de testib. in fin. (b) Falsum deponit, qui sciens, volens dolo malo contra propriam conscientiam veritatem occultat, vel aliquid asseverat, quod tamen scit & credit esse falsum, c. homines 22. qu. 2. Vel aliquid falsum putat, & jurat tanquam verum sit, d. c. homines. Eleganter hoc explicat Setzer, in lib. 1. cap. 27. num. 9. de jurejur. An autem testis qui pecuniam accipit, ut dicat veritatem, in poenam Falsi incidat, dubitatur? Affirmative concludimus; quia certum est, quod testis deponere debeat gratis non per pecuniam, l. testium fides 3. §. lege julia ff. de Testib. & repugnet juramento praestito, daß er die Wahrheit sagen / vnd solches weder vmb Giffte / noch Gabe / thun oder lassen wolle. Idem confirmatur Constit. Carol. V. art. 64. Belohnene Zeugen sind auch zuverwerffen vnd nicht zulässig. (c) Quem dictorum testem advocaverat, cujus tamen praesentiam contemnit. (d) Quem mentiendo fallit. (e) Quem falso testimonio laedit, c. 1. de crim. fals.

XII.

Viso juramento testimonii, sequitur ordine, ut paucis de tertia specie juramenti, quod de re controversa ob solam religionem injiciendam adhibetur, Purgationis (a) nimirum juramento videamus.

(a) Dicitur purgationis, quia reus conscientiam suam pur-

purgat, id est, innocentem & quovis auro, vel argento purior
rem esse palam ostendit, *L. si quis s. in pr. ff. de publ. jud. & su-
spiciones hominis & juris, quæ contra ipsum erant, elidit,
Beustb. in d. rubr. n. 196.* Appellatur etiam purgatio Canonica,
quia Canon eam adinvenit, *Beustb. d. loc. n. 203.*

XIII.

Est autem juramentum Purgationis, quod Reus
(a) nondum ab Actore convictus, deficientibus contra
ipsum probationibus (b) legitimis, purgandi sui cau-
sa (c) à iudice iussus (d) jurat.

(a) Qui diffamatus est de crimine aliquo, quod crimen
tamen contra ipsum non potest plenè probari. Ubi requiritur
primò, ut diffamationes, indicia, conjecturæ verisimiles &
præsumptiones præcedant & contra eum faciant, *c. consului 20.
c. 2. q. 7. c. de crimine 15. quest. 5. c. fin. §. fin. Extr. de purgat. Can.
Cammer Gerichtsordn. pag. 2. tit. 10. §. 1. post pr. Constit. Elect. 22.
p. 1. post princ. vers. wo eine redliche Verdacht. Jason. in L. admo-
nendi 31. ff. de jurejur. n. 85. & seqq. Beustb. in rubr. eod. num. 195.
Heig. part. 1. quest. 40. n. 34. & seqq. Setzer d. loc. n. 3. quæ arbi-
trio iudicis relinquuntur, d. c. consului 20. sub fin. Modest. Pist.
vol. 1. Conf. 34. quest. 7. n. 48. Heig. d. loc. n. 35. Menoch. lib. 2. de
arbitr. judic. quest. Cent. 3. Cas. 474. n. 3. & seqq. Si enim nul-
la adsint, tunc absolvi debet. Actore enim intentionem suam
non probante, reus absolvendus est, *l. qui accusare C. de Edend.
cap. 1. ut eccl. etiamsi nihil præstiterit, cap. fin. de jurejur. L. actor
23. C. de probat* Secundò, ut nihil sit, quod pro ipsius defen-
sione faciat, *l. fin. §. licentia post pr. C. de jure liber. l. presenti 6. §.
sed si hoc C. de his qui ad Eccl. confug.* Si enim pro ipso verisimi-
les præsumptiones militarent, locus non est hoc, sed juramen-
to necessario vel suppletorio, *d. l. admonendi 31. l. in bona fidei 3.
C. de reb. cred. vel illa præsumptiones actoris absorberent,
reus absolvendus est, Bart. in l. 1. n. 5. ff. de vent. insp. Jason. in d.
l. admonendi 31. n. 294.* (b) Quæ legitimæ sint probationes, pro
causarum diversa ratione arbitrio iudicis dijudicandum est,*



l. testium fides 3. §. 1. ff. de testib. Non igitur valet statutum, quod exacta idonea probatione nihilominus alteram partem jurejurando onerat, *c. cum dilectis c. nos inter de purgat. Canon.* (c) Propter objectum ab altero crimen. (d) Olim quidem dubitabatur inter Dd. an etiam hoc in casu deferendum sit juramentum à judice ex officio vel ad instantiam partis: hodiè tamen judicem ex mero officio, etiam non exigente altera parte hoc facere posse, Dd. tradunt, *per text. in d. l. presenti 6. §. sed si hoc 4. C. de his qui ad eccl. confug. & Authent. novo jure. C. de pœn. judic. qui mal jud. Constit. Elect. 22. p. 1. ubi Moller. n. 1. Geil. lib. 2. de Pac. publ. c. 7. n. 2. New Gerichtsordn. tit. 32. von dem juramento purgationis, Beusth. in d. rubr. n. 201. Setzer. d. c. 11. n. 26. & probat insuper c. inter sollicitudines 10. §. nec illud. & c. fin. de purg. can. & cap. super causa 2. quest. 15. item Ordin. Camer. Imper. d. t. t. 10. §. Es sollen vnd mögen wir. Judex autem debet esse competens, qui nimirum de negotio cognoscere possit; de quo reus infamatur, *c. 15. in fin. de Purgat. Canon.**

XIV.

Habet autem juramentum istud locum non tantum in criminalibus (a), & quæ his æquiparantur, matrimonialibus (b), sed etiam in civilibus (c), arduis tamen (d) causis.

(a) Quando scil. contra ipsum reum non sunt indicia, quæ ad torturam sufficiant; aliàs enim per torturam se purgare necesse haberet, *Clar. lib. 5. sentent. §. fin q. 63. n. 4. Heig. p. 2. quest. 40. n. 32.* sed tantum semiplena probatio, ita ut definitivè non possit condemnari; quo casu judex potest juramentum purgationis ipsi deferre & imponere, per quod juret, se intentatū crimen non commisisse, *c. Mennam. 7. c. consulisti 20. c. 2. quest. 5. c. fin. Extr. de purg. Canon. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quest. cent. 5. Cas. 464. n. 10. Beusth. in d. rubr. n. 105. Setzer. d. lib. 3. c. 11. n. 3. & 26.* Qui defensionem ista juratoria tam in causis civilibus quam criminalibus, hodiè etiã in terris septentrionalibus, frequentari asserit,

ut in

ut in Dania, Holsatiâ &c. ad lites celeriter dirimendas. In Feudalibus similiter obtinet, *c.1. Extr. de purg. canon. Præposit. in c. si capitanei. Quib. mod. feud. amitt. n.3. Schrader. de feud. p.9. c.5. n.54. & p.2 part. 9. pr. sect. 13. n.168. Heig. lib.1. quest. 40. n.46. & seqq. Goedd. in disput. feudal. 10. thes. 14. lit. c.* Quomodo autem deferatur in causis feudalibus, vide Serzer, *d.c. 11. n.34.* (b) Vbi nimirum reus fatetur stuprum, sed se fidem de matrimonio dedisse negat, præsertim quando personæ sunt statu & natalibus æquales, ac bonæ famæ & vitæ, *per text. in c. tua nos, ibi, & inter eos. Extr. de Sponsal.* quia tali casu ex confessione copulæ oritur præsumtio pro matrimonio, quod in his terminis latè comprobat Didac. Covarr. *in suo tract. caus. nuptial. cap. 4. § 1. per text. in c. veniens. el. 2. & c. is qui fidem. Extr. de Sponsal.* Et in dubio conjectura capienda est, quod cognoscens aliquam, cognoverit eam tanquam futuram uxorem, non causa libidinis; quia actus dubius ita debet interpretari, ne ex eo resultet delictum, *per reg. l. meritò ff. pro Socio. & dictum in thes. 11. lit. a. Beusth. d. loc. de Sponsal. p.1. c. 46. Moller. ad Constit. Elector. 22. p.1. n. 10. Schneidw. ad § item si quis postulante 11. instit. de Action. n.32.* Sed hac in re singularis industria circumspecti judicis est adhibenda, ut cognoscat & exploret, utrum persona sit proterva, meticulosa, levis vel temeraria, antequam ad juramentum prorumpat, *arg. d. l. testium fides. 3. ibi, tu magis scire potes ff. de Testib.* (c) Generaliter hoc locum habet in omnibus causis arduis & magnis, quando actori semiplenè tantum probanti juramentum necessarium deferri non potest, *Beusth. d. n. 195. & tract. de Sponsal. c. 47.* minima enim in consideratione non sunt nec sub statuto comprehenduntur, *Hippol. de Marsil. in repet. l. furem à n. 8. usq. ad num. 36 ff. Ad L. Cornel. de sicar. Quæ autem res dicatur minima, iudex arbitrari debet, Bart. in l. omnino ff. de Impens. in reb. dot. fact. Hippol. d. loc. n. 8. tenet secundum Alexandr.* quod dici possit res vilis à duobus aureis infra. (d) Levitatis signum est præsentissimum juramentum pro re qualibet exigua facilè deferre vel facilè velle jurare, *c. etsi Christus. §. fin. Extr. de jurejur.* Hinc graviter peccant hodierna die, qui vel ob lanam caprinam statim juramentum Purgationis alicui deferre non



erubescunt; cum tamen. ut notat Hippol. de Marfil. *in sing. suo* 109. *incip. infamis.* ibi cautius sit agendum, ubi majus vertitur periculum. Quod autem periculum majus esse potest, quam animæ, utpote, quæ cunctis rebus est præponenda, *L. sancimus. C. de SS. Eccl.* & majus est damnum in amissione unius animæ, quam mille corporum, *c. si habet. 24. q. 3.* sunt verba Augustini.

XV.

Vfus quoq; juramenti Purgationis in Camera Imperiali est maximus; suspectus enim de crimine fractæ pacis (a) conscientiam purgare (b) cogitur.

(a) Ex legitimis indicijs & præsumtionibus, aut fama publica, quod videlicet turbatori pacis publicæ favorem & auxilium præstiterit, aut eum domo, hospitio, vel tecto aut mensa receperit, *Geil. lib. 2. de Pac. publ. c. 7. n. 1. Mynsing cent. 2. observ. 87. in pr. Beustb. in l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 143. Heig. d. p. 1. quest. 40. n. 26.* (b) Si nimirum offensus prius articulatim judici Camerae tales suspicionis causas exhibuerit; tunc enim ad purgandum citatio ad Instantiam partis offensæ contra suspectum in Camera decernitur, ut intra terminum sibi in citatione assignatum, veniat, purgaturus se juramento, *Entschuldigung mit dem Eyde zu thun* / vel legitimis defensionibus de insimulato crimine, idq; sub publicæ securitatis tessera, vel salvo, ut vocant conductu, *Geil. d. l.* Et hæc citatio ad purgandum non solum parte offensa petente, sed etiam ex officio decerni potest, maxime in gravioribus delictis, *Ordin. Camer. part. 2. tit. 10. §. es sollen vnd mögen.* cum publicè intersit crimina impunita non manere, *text. in l. ita vulneratus. §. quod si quis. ff. ad L. Aquil. cum simill.*

XVI.

Sic quoq; qui Injuriarum actione convenitur (a) juratò (b) affirmare potest, se non animo (c) malo injuriam fecisse, modò pro se præsumtiones (d) quasdam favorabiles alleget.

(a) Intra

(a) Intra annum nimirum à tempore scientiæ in injurijs verbalibus, secus in realibus, *Treutl. part. 2. disput. 22. thes. 4. lit. d.* (b) In his enim quæ pendent ab animo, sufficit juramentum, quando præsumptio non est in contrarium, *Alexandr. Consil. 118. n. 11. vol. 2.* Et innocentia, quæ in animo consistit, regulariter juramento probari potest, *Geil. 2. obs. 48. n. 30. & observ. 106. n. 4. Eod.* (c) Ex quo totum hoc delictum penditur & æstimatur; injuria enim ex affectu facientis constat, & nunquam dicitur facta, nisi animus injuriandi appareat, *L. illud. 3. §. 1. L. si cum 4 ff. de injur. §. Non solum 11 instit. Eod. l. qui servum 34. in princ. ff. de oblig. & action. l. qui liberos 9. verb. infamandi. l. siquidem. 10. C. de injur. Wesemb. in w. n. 8. circ. fin. ff. Eod.* Ac licet verbum aliquod maximè injuriam redoleat, nisi tamen eo animo prolatum fuerit, injuria non committitur, *l. si non convitij. 5. C. de injur. l. si quis servum 26. l. si inferiorum. 44. ff. Eod.* (d) Aliàs enim ei credendum non est, qui, cum injuriam aut convitium dixerit, postea neget se animum injuriandi habuisse, nisi expresse contrarium probet, *d. l. si non convitij. verb. probare potes. vel nisi validæ præsumptiones & verisimiles conjecturæ concurrant, quæ injuriarum accusatum non convitiandi animo dixisse fecisseve ostendant, ut sic postea ad ostendendam innocentiam juramentum purgationis ipsi judex deferat, c. fin. §. fin. Extr. de jurejur. Setzer d. c. 11. n. 21.* Quod tamen aliquibus tantum in casibus fieri posse, per *l. furti. 6. §. 4. ff. de his qui not. infam.* statuit *Geil. lib. 2. obs. 106. n. 4.* Præsertim verò inter personas conjunctas, aut si factum vel dictum per se non injuriosum, ut dictum *sub lit. c. hac thes.* Vbi notandum, quod si injurians palam diceret, se non animo injuriandi protulisse, sed ad hoc commorari fuisse, & de Actore nil nisi bonum & honestum loqui posse, quod eo in casu juramentum nostrum locum non habeat, sed reus simpliciter absolvi debeat. *Hoffgerichtsord. zu Leipzig vnd Wittenberg. tit. von Schmähsachen. §. würde sich auch der beklagte. Beustb. ad l. 9. §. si damnetur. ff. de jurejur. n. 18.*

XVII.

Defertur autem hoc omnibus, non tantum (a) singulis & privatis, sed etiam Civitati (b) Communitati & personis publicis: modò (c) nihil obstat.

(a) Ita ut in propria persona jurare cogatur; si verò in illustri dignitate sit constitutus, tunc per procuratorem jurare illi permittitur, *Sammergerichtsordn. d. p. 2 tit. 10. §. doch daß er den Richter. & s. vnd soll in solchem. Setzer. d. loc. n. 41 (b) c. fin. Extr. de purg. canon. Sammergerichtsordn. d. tit. 10. §. 1. & vers. würde aber eine communion. Geil. lib. 2. de Pac. publ. c. 7. n. 16. & seq. (c) Ut si contra accusatum indicia de animo improbo & malo probata fuerint, *Bart. in l. si cui §. iisdem. n. 3. ff. de Accusat. Decius in c. novit. n. 29. de judic. Si sit infamia notatus, l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. gloss. & Dd. in c. significasti. de homicid. Vel si alia aliqua vehemens præsumptio contra eum militet, Decius Conf. 106. n. 5. Setzer. d. c. 11. n. 24. & alteri grave præjudicium inde oriri possit, Panorm. in c. quosdam. de præsumt. n. 3. Judex enim in deferendis hujusmodi juramenti non facilis, sed providus & circumspectus esse debet, considerando personas, locum & tempus, à quo ubi & quando injuria facta sit, *l. Pedius. ff. de incend. ruin. naufrag. & in l. aut facta. §. persona. ff. de pen. Nec statim ad cujuslibet petitionem huic juramento locum dare propter præsumptionem juris, quæ est contra injuriantem, d. l. si non convitij. & propter timorem perjurij, quo nihil hoc deterrimo seculo frequentius esse solet, Vult. ad §. 1. instit. de injur.***

XIIX.

Sed cui juramentum istud purgationis defertur, ei referendi (a) potestas non conceditur, cum propriam ejus conscientiam (b) attingat.

(a) *L. Marcellus. 11. §. fin. cum ll seqq. ff. rer. amot. r. c. ult. Extr. de jurejur. quod tamen in alijs juramentis, quæ à parte parti deferuntur, conceditur, §. item si quis postulante. & ibi gloss. instit. de actionib.*

actionib. Licet enim actor ab initio nondum lata sententiâ possit totam actionem remittere, tamen quando semel per judicem delatum est juramentum purgationis, tunc tale juramentum neque à judice, neq; à parte remitti potest. Quia cum sit legale, ideo neq; in potestate partis, neq; judicis est illud remittere. Non judicis, ne videatur ex illa remissione pacisci contra prohibitionem, *c. fin. de Transact.* Non partis, quia illa remissio est in legis dispositione, quæ vult, hoc juramentum à parte præstandum esse. Neq; refert, si pars, in cujus favorem jurandum esset, quod pars adversa falsò juraret, dicat, Wenn daß eine Theil vorgebe/ daß ander schwere vnrecht/ quia hoc casu non stetur confessione partis, quæ sibi in propria causa jus dicere non potest. tot. tit. C. *Ne quis in sua caus. jud. l. non est singulis. 176. ff. de R. j.* multò minus ipsi tanquam testi creditur, *Setzer. d. c. 11. n. 8. (b)* De sua enim conscientia quisq; , jurare ob suspitionis maculam evitandam justâ de causa cogi potest, *L. reum criminis. 6. C. de procurat. l. eos qui 26. in fin. C. de Vsur. L. ult. §. 10. C. de jur. de liber. l. ult. in fin. C. de bon. auth. jud. poss. l. prætor ait. 4. §. 3. ff. de Edend. l. presenti. 6. §. 5. C. de his qui ad eccl. confug.* Ibi Gothofr. & Dd. communiter.

XIX.

Qui autem suspectus (a) juramentum hoc præstare recusaverit, non minus atq; in alijs juramentis (b) pro confesso habetur (c).

(a) Suspecti vocabulum differentiam juramenti suppletorii & purgationis ostendit. Juramentum enim suppletorium defertur à judice parti hoc petenti in supplementum semiplenæ probationis ; juramentum autem purgatorium defertur reo, cōtra quem actor non quidem semiplenè probavit, sed tamen aliquo modo suspiciones & indicia contra eum excitavit, ut ab ijs se purget & libret, *Beusth. ad l. admonendi 31. n. 143. ff. de jurejur.* (b) Qui enim juramentum à parte delatum non præstat, vel parti refert, ille pro confesso habetur propter
D
malam



malam conscientiam, *l. manifesta*. Et ibi *Dd ff. de jurejur. l. generaliter. 12. §. 1. C. de reb. cred. König in process. c. 66. n. 1. (c)* Et licet videatur prima fronte purgationem istam canonicam invitis indicendam non esse, *pen. c. mandastis. §. c. quotiens. §. fin. cum c. seqq. 2. q. 5.* tamen hisce non obstantibus, is, cui defertur purgationis juramentum, nisi suam innocentiam aliunde probet, aut jurare, aut pro convicto haberi debet, *c. inter sollicitudines 10. §. fin. §. c. cum p. 7. §. deficientem eod. tit. §. c. tua nos. §. fin. de cohabit. clericor. item in c. auditum. §. c. ult. 2. q. 5. item Ordin. Camer. Imper. d. part. 2. t. 10. §. würde sich aber. cum seqq. Heig. lib. 1. quest. 46. n. 36.* Quod tamen in purgatione vulgari & prohibita, de qua in *thes. ult. locum non habet, c. ex tuarum §. de purg. canon. §. d. §. würde sich aber. vers. es wehre denn. Setzer. d. c. 11. n. 48.* Sin autem præstiterit injunctum juramentum purgationis, absolvendus est ac in pristinum statum restituendus, *d. c. ex tuarum. §. fin. §. d. c. inter sollicitudines. 10. §. purgatione verò. item, c. habet. c. Mennam in princ. c. quanto. §. c. quoties. §. quod si prædictus. 2. q. 5. item, c. de crimine. §. fin. 15. q. 5. Ordin. Camer. Imper. d. tt. 10. §. vnd so er solch purgation gethan.* Nec illi postea denegabitur adversus eum actio, à quo sine justa causa suspectus factus est, *d. tt. 10. §. wo aber jemandts. text est in l. item apud. 15. §. si quis libello 29 ff. de injur. Geil. lib. 2. de pac. publ. c. 7. n. ult. Berlich. concl. 37. in fin. part. 1. edit. vet.*

XX.

Sed si delictum aliunde (a) plenè probari possit, vel indicia sufficientia ad torturam (b) extent, ad hoc juramentum ut judex descendat, juris ratio non patitur (c).

(a) Vel per testes idoneos, vel si crimen notorium sit, *c. cum dilectis 15. ibi. dicitur enim. d. t. t. de purgat. canon.* Notoria enim non indigent probatione, *c. 31. de Reg. jur. in 6. Bald. in Conf. 229 n. 5 vol. 1. Alexand. Consil. 145. n. 12. vol. 6.* Et quicquid rei demonstratæ, jam antea satis demonstratæ, additur, frustra est, *l. cum*

l. cum dos. 1. §. si quis uxori. 8. ff. de dot. præleg. (b) Tunc enim purgationi canonicæ locus non est, sed potius ad torturam deveniendum est, *iul. Clarus L. 5. recept. sent. §. fin. q. 63. n. 6. in fin. Setzer. d. c. 11. n. 17.* (c) Ob metum perjurij, quod quis facilius præstaret juramentum, quam ut se propter delictum aliquod commissum condemnari patiatur. Deindè neq; hoc quidem consuetudine vel statuto introduci potest, ut qui alias plenè probavit, vel per testes, vel instrumenta, cogatur tamen juramentum addere, vel pati, ut contrario juramento elidatur sufficiens ipsius probatio, *Sichard. in l. bonæ fidei. 3. C. de reb. cred.* Talis enim consuetudo esset irrationabilis, *c. fin. ubi. gloss. ad verb. rationabilis. de Consuetud. & damnanda, text. clarus in c. 2. de probat. Reyer in thesaur. jur. de Consuetudine. n. 481.*

XXI.

Sed non inconcinne hic quæri potest: Num Accusator perjurium à Reo commissum probare paratus, sit admittendus? Quod affirmamus (a).

(a) Moti fundamento *l. admonendi. 31. ff. de jurejur.* Quia iudices in dubijs tantum causis solent exigere jusjurandum, & eo præstito secundum eum judicare, qui juravit. Si igitur pars altera acceperit documenta, quibus possit monstrare, ipsum iniquè jurasse & rem aliter se habere, omnino erit admittendus, *Novell. 124. c. 2. & Authent. hoc jure. C. de pan. judic. qui mal. judic. Mynsing. lib. 2. obs. 82. post pr. Heig. quest. 40. n. 1. part. 1. Geil. lib. 2. de pac. publ. c. 7. n. 12.* Cum hoc etiam possit facere litigator post purgationem factam, ut reum ordinario iudicio accuset, & crimen adversus eum prober; quo casu si fuerit convictus reus ratione perjurii simul & criminis, de quo fuit accusatus, punitur. *Cammergerichtsordn. p. 2. tit. 10. §. vnd so er solch. item §. vnd soll auch. Dd. in l. admonendi. ff. de jurejur. Berlich. Concl. 37. n. 45. part. 1. edit. vet. Setzer. d. c. 11. n. 46.*



XXII.

Numerum claudat quæstio miris modis & variè inter Dd. agitata; An etiam purgatio vulgaris (a) hodiè in judiciis & rebus publicis benè constitutis locum habere possit? Negativam (b) nos amplectimur.

(a) Dicitur vulgaris, ideò, quod vulgus eam ex superstitione quadam ethnica introduxit, ut tradit Panormit. *in rubr. Extr. de purgat. vulgar.* in jure verò Canonico prohibetur, *c. dilecti. de purgat. vulg. & in c. Monomachiam c. Mennam. c. consului. sti 2. quest. 5.* Fiebat autem periculo aquæ frigidæ vel ferventis, vel ferri candentis sive igniti, introducta nimirum ad exemplum potionis illius, quæ stupri insimulatis mulieribus exhiberi solebat. Erat etiam purgatio, quæ fiebat per Duella, *c. 1. §. si quis hominem de pac. tenend. cap. 1. & 2. de purgat. vulg. ad exemplum nimirum duelli, quod David cum Goliath perfecit, cap. Monomachiam 2. q. 5.* Erat etiam cruentatio, quæ ex cruentatione cadaverum desumi solebat, cum accusatus de homicidio præsens interfecti corpus tangebatur & ad ipsius contactum sanguis ex corpore profluebat. (b) Fallax siquidem & lubricus est ejus usus: Deum namque tentare videtur, qui extra verbum revelatum rei veritatem quærere desiderat ex re creata, *d. c. delicti de purgat. vulgar.* Qualis itaque est ista probatio vel purgatio, cum judex procedens adversus mulierem artium maleficarum suspectam conjecturis ac præsumptionibus, non quidem omnibus sed satis magnis & ad torturam vel mortem insufficientibus destitutus, per aquam frigidam, colligatis prius Sagæ ambobus pedibus & manibus, ita ut pes dexter manum sinistram, sinister manum dextram contingat, eam aquam leviter imponere jubet, & ita innocentiam vel culpam expiscari opinatur; dum, si saga fuerit, in fundo mergi non posse arbitratur; cum tamen Deo, Naturæ & omni juri & probatæ consuetudini istam probationem contrariam esse, probet eruditè Ludovic. ab Auten. *in libello ea de re edito Lubecæ. Anno 93, & Otto Meland. in tractat. qq. crimin. adversus mag. Setzer latius*

latius de ista probatione vel purgatione, *ind. c. 11. n. 60. & seqq. tractat.* Idem planè dicendum de ferro ignito, cum per hoc remedium optimè iudex à reo deludi possit, siquidem, ut quidam tradunt, remedia naturalia non desint pauca, quorum auxilio ferrum candens in manibus per benè longum tempus absque ullo periculo tenere licet. Duellum quod concernit, cum ejus permissio nullo juris textu probari possit, & manifestissimè constet, quod sit inhumanum & detestabile, imò furiosum purgationis & probationis, uti hoc nominat Vasquius *1. illust. c. 11. n. 35. & seqq. Freber. lib. 2. de existim. c. 8. in fin.*, remedium, quod juri naturali & gentium, *Freber. de duell. n. 31. & 33. & Canonico, cap. n. 2. & ult. Extr. de purgat. vulgat.* repugnat. Neque de jure civili permissum erit, cum illegitimum non sit assumendum remedium, ubi legitima haberi possunt, *arg. l. ut vim 3. ff. de just. & jur. l. itaq; 4. ff. ad L. liberam 1. C. Quand. lic. unic. fin. jud. se vind. l. die Sabbati 13. C. de jud. & cælic.* In hoc namque inventa sunt judicia, ut nemo se propria autoritate vindicet sed judicem adeat, *Philippi Matth. ad L. 176. ff. de Reg. jur.* Insuper & hoc experientia testis probat, quod sæpius innocens sub justo clypeo perire solet, cum ibi non vincat justior, sed plerunque robustior & excitator, *Jul. Ferrer. de duell. n. 29.* Quibusdam tamen in causis permissa esse duella ostendit *Setzer. d. c. 11. n. 59. per author. ibi alleg.* Ultimam purgationem ex cruentatione cadaverum propter abusum nimis opulentum paucis attingere placet. Sanguinis enim effluxus è corpore interfecti in præsentia interfectoris suspecti levissimum ac incertissimum est inditum, quippe ex causis incognitis & valdè abstrusis promanans juxta sententiam omnium saniorum Philosophorum & Medicorum, de quo *Levin. Lemn. de occult. nat. mirac. c. 7. & Guilhelm. Adolph. Scribon. lib. 1. Physic. c. de Qualitat. occult.* Proindè non erit sufficiens ad torturam vel condemnationem inditum. Communiori enim *Dd. calculo*, ea tantum ad torturam sufficiunt inditia, quæ semiplenam faciunt probationem, *Wesemb. in c. ff. de questionibus n. 7.* Hinc reus, nisi multis inditiis oneratus & argumentis non levibus penè con-



victus sit, torqueri nequit, *l. in criminibus 1. §. 1. l. unius 18. §. 1. L. maritus 20. l. fin. ff. de question. & l. milites 8. §. 1. C. cod.* Tortura enim gravissimi est præjudicii, quippè per quam non rarò ita excrucietur ac laceratur corpus, ut inde reus moriatur. Igitur in dubio satius erit facinus nocentis impunitum relinqui, quam innocentem condemnari, *l. absentem 5. ff. de pœn.* Et experientia rerum magistra reclamat, dùm sæpiùs deprehensum sit, cadavera nihil significasse, etiam præsentem vero interfecit, & rursus promanasse sanguinem præsentem dilectissimo, & *Libavius testatur*, cuidam assidenti amicæ suæ sanguinem ex vena prorupisse & magnitudinem affectûs prodidisse. Ex quibus omnibus Sole meridiano clariùs apparet, quod, nisi alia inditia concurrant, & quidem ingentia, propter effluxum sanguinis reû à iudice vel saltè quæstioni nõ subijci, multo minùs condemnari posse: nisi modo planè præternaturali sanguis ex plaga reprimatur, tametsi obligata, obductaque sit ac fascis devincta, aut ex aliis corporis partibus, eo, qui facinus admisit, ex adverso constituto. *Philip. Melancht. in Pbyfic. sub t. t. de Providentia. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 867. Setzer d. c. ii. n. ult.* Atque hæc summam, de duabus juramenti speciebus posterioribus, quæ de re controversa ob solius religionis metum adhibentur, pro temporis & instituti ratione delibasse & tetigisse, sufficiant.

*DEO sit laus, honor & gloria in
secula seculorum.*



Ad
Præstantissimum & Doctissimum Dn. Respon-
dentem, Commensalem & amicum suum
intimum.

KUHNI Justitiæ sacrata Proles;
Quanam quæso tuum novum laborem,
Quem luce hæc Themidi sacrum dicare
Erfausus, resonabo laude ? quonam
Hunc metro recitabo ? Confitori
Certè cogor, eam mihi fuisse
Mentem, splendidiora disputanti,
Quod jam non licuit, sacrare Vota.
Sed cum Pieridès meæ sorores
Planè sint alio labore onustæ,
Hos tantum tribuunt tibi phaleucos.
Grator primitijs; Jehova porro
Divinâ benedictione semper
Dignetur studijs tuis adesse:
Ut tandem *Patriæ Decus, Parentum*
Fias Gloria, *Proximiq;* fulcrum.

deproperabat.

David Henningus
Fraustad. Sil.

F I N I S.

Handwritten text at the top of the page, likely a title or header, which is mostly illegible due to fading.

Handwritten text in the upper middle section, possibly a preface or introductory paragraph.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of dense script, likely the main content of the document.

David Henningus
Frankf. sil.

FINIS




153709


AB: 153709

X2615956

Retro ✓
VD17







O JURIDICA
 MENTO
 II ET PUR-
 ONIS,
am,
 mmâ Trinitate
 o fctorum Ordine in cele-
 ittebergensi consentiente
 S I D E
 & Consultissimo
 NO Grembergk/
 atis Assessore, ac Judicii
 dignissimo &c. Præceptore ac
 o honore prosequendo,
lam ac ventilandam
ponit
 hne/ Gubenâ-Lusatius.
 rio fctorum
 oris à 7. matutinis.
 BERGÆ,
 SAUERBACH, Acad. Typogr.
 M. DC. XXX.